



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reverendi Dom. D.|| Leonardi || Rvbeni SS. Theolo-||giae
Licentiati Abbatis || Ordinis D. Benedicti Mo-||nasterij
Sanctorum Apostolorum Petri & || Pauli Abdinckouensis,
in ciuitate || ...**

Ruben, Leonhard


Padibornae, 600 [i.e. 1600]

VD16 R 3400

Cap. III. Falsi prophet[a]e quid docea[n]t.

[urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bvb:12-bsb10194563-1)

bo in sempiterni exitij foueam præcipites corruant. *Percutiat te Dominus, inquit, amentia, & cæcitate & furore mentis, & palpes in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas.* Deuter 28. 28. Sed age nunc, quæ eorum sit doctrina examinemus.



CAPVT III.

FALSI PROPHETAE

quid doceant.

VT D. Paulus grauissimè monuit Hebræos cap. 13. 9. ne doctrinis varijs & peregrinis sese patiantur à fidei sinceritate abduci: & sic nobis enitendum est, ne animus noster varijs, & insolitis falsorum prophetarum sententijs à recto veritatis tramite abducatur. Videndum ergo quid doceant. Docent primò ea, quæ non oportet; *Sunt enim, inquit D. Paulus Tit. 1. Docent*
I. II. multi inobedientes, vaniloqui & seductores, quæ non
res, maximè qui de circumcissione sunt, quos oportet.
oportet redargui, qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ nõ oportet, turpis lucri gratia, semper mendaces, mala bestia, ventres pigri. De quibus bestijs postea dicemus c. 7.
 Secundò

2. Docēt
fabulas.

Secundò docent fabulas. *Erit enim, inquit D. Paulus 2. Timot. 4. 3. tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.* Hoc enim genus hominum, cum sese à benedictione DEI & Ecclesię Catholicę abducit, & penitus subtrahit, maledictionem sibi diuinam certam consciscit, quam precatur impijs Moyses Deut. 28. 27. vt percutiantur vlcere Aegypti, in ea parte corporis, ex qua (vt cum sacra scriptura, & præfatione loquar) stercora egerunt, scabie quoque & prurigne, vt curari nequeant. Qui pruritus, nisi certo antidoto præcaueatur, aut insigni medicamine extrahatur, nunquam eos quietos esse patietur. Si verò peritum & industrium aliquem medicę facultatis virum, complurimis accensis facibus quæras, nil responsi aliud tibi à me dabitur, nisi id Ieremię, 8. 22. *Medicus non est ibi:* aut si apud nos, idē Isa. 3. 7. *Non sum medicus,* qui scilicet pharmaca adhibere pruritus tuo possim. Sed age Christiane lector, quod vnquam sæculum maioribus & grauioribus prurientibus foedissimis morbis, in variis partibus diuexatum fuit

*Pruritas
pseudo-
propheta-
rum.*

fuit, quam id, quod ab anno 1520. de Romana
 fectionem ab Ecclesia Romana in die pen- Ecclesia
 thecoftes Actor. 2. 10. inchoata & D. Pau- laus.
 li authoritate, Rom. 1. 8. 16. 19. ratione fi-
 dei, & obedientiæ laudata, molitum est, &
 feſe infinitis ex inferis reuocatis errorib⁹,
 clafficum Luthero homine apoſtata con-
 cinente, commiſcuit? quem infinitus reli-
 gioſorum & Eccleſiaſticorum malorum
 grex maximo aliquarum prouinciarum,
 ne dicam regnorum ſcandalo, & incom-
 modo ſecutus eſt. *Obſtupescite cœli, inquit
 Jeremias capit. 2. 12. ſuper hoc, & porta eius
 deſolamini vehementer.*

Tertiò docent peruerſa & falſa dog- 3. Docent
 mata: hinc Iob propheta cap. 13. 4. eos vo- peruerſa
 cat fabricatores mendacij, & cultores fal- & falſa
 ſorum dogmatum. D. verò Paulus Actor. dogmata.
 20. 30. ait. *Ex vobis exurgent viri loquentes
 peruerſa, & abducent diſcipulos poſt ſe, propter
 quod vigilate.* Hinc ab Iſaia capit. 9. 15. vo-
 cantur prophetæ docentes mendacium,
 quos etiam eſſe caudas aſſerit, vt poſtmo-
 dum docebimus. Hinc vt eſt Ierem. 10. 8.
Doctrina eorum doctrina eſt vanitatis.

Quartò non ex infimis generibus eſt 4. Docēt
 doctrina murmuris. Vndè Iſaia 26. 16. *In murmu-
 tribulatione murmuris doctrina tua eis. præ- ra.
 D ferentes*

ferentes semper murmura veræ doctrinæ. Hoc enim est familiarissimum illis dicendi docendiq; genus, quod si ex illorum ambonibus tollas, iam clauam Herculis ex manibus illorum extortam, aut perpetuum silentium indictum dices. Hanc enim murmurandi scientiam didicerunt hæretici à Corinthiis, quos D. Paulus eo nomine reprehendit. 1. Cor. 10. 10. ratione cœnæ dominicæ. Corinthii à Capharnaitis, qui Ioannis 6. 41. murmurauerunt, eo quod Saluator dixerat. *Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, quo nomine & scandalizabantur, dicentes. Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* At illis abeuntibus, Petrus Romanæ Ecclesiæ petra, constanti animo persistens, *Domine, inquit, vers. 68. ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus, quia tu es Christus filius dei viui.* Capharnaitę verò id acceperunt à pharisæis Luc. 5. 30. 15. 2. 19. 7. Hi à primis Iudæis, quibus nihil antiquius fuit, quàm statim vt missi illis Saluatores, vti Moyfes & Aaron, siue de cibo, siue de potu, siue de auctoritate ageretur ministrorum & prophetarum Dei, murmure suo eos lacessere, & sibi metipsis diuinam vindictam, ad ignis usque

que consumptionem asciscere, vt omnes penè Mosaici libri edocent. Interim Catholicis semper cordi fuit illud Sapientis, Sapient. I. II. *Custodite vos à murmuratione, quæ nihil prodest.*

Quintò dissensiones, offendicula & scādala docent, & maximè edere & fornicari. Huius rei nos grauissimè monet D. Paulus ad Rom. 16. 17. *Rogo vos fratres, vt obseruetis eos, qui dissensiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis.* Ex horum genere erant Nicolaitæ. Tales quidam in Pergamo, vbi sedes erat Satanæ, cuius angelo dicitur, Apoc. 2. 14. *Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balaac mittere scandalum coram filijs Israel, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Spiritus enim fornicationis, vt est, Ose. 4. 12. decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Talis erat Iezabel, quæ in eodem capite

5. Dissensiones & offendicula & scādala docent.

Nicolaitæ.

Iezabel.

Epicuro Bacchoque prostrata iacere, in confesso est: scandalorum tantus est numerus, ut vix montes omnes lapides subministrant ad molas afinarias conficiendas, quibus homines scandalosi alligati in pelagus præcipitentur. Interim veri prophetæ Ecclesiæ Catholicæ in lumine manent, ut inquit D. Iohannes Epist. 1. 10. & scandalum non est in eis.

6. docent
doctrinã
demonũ.

Sextò docent doctrinas dæmonum, malitiam & iniquitatem. Hinc. Ier. 2. 33. *malitias docuisti vias tuas.* Ezechielis verò cap. 29. 16. dicuntur docere iniquitatem. Et quidem omnia nouissimis hisce temporibus, quod præuidens D. Paulus Timotheum submonens inquit. 1. Timoth. 4. 1. *Spiritus manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis demoniorum.* Quo loco apertè conuincunt catholici aduersarios. Non enim catholici à fide defecerunt: sed illi. Nobis enim, in auita maiorum nostrorum religione, quam & lapides loquuntur, constanter persistentibus, ipsi à nobis exierunt, quia ex nobis, ut inquit D. Ioannes, non erant, si enim fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum. Quomodo verò doctrinam dæmoniorum

non

non haberent aduersarii, quorum omni- *Familia-*
 um primus dux Lutherus apertè scriptis *ritas Lu-*
 fatetur, se tantum cõmercii habuisse cum *thericum*
 Satana, vt plusquam modium salis cum eo *Damone,*
 comederit, seseq; ab eo conuictum, cum *& dispu-*
 infidens puluinari de sacrificio missæ; ab- *tatio de*
 rogando disputaret asseruit? Fatetur idẽ, *missa.*
 diabolũ aliquoties sibi noctu apparuisse,
 atq; ita afflixisse, vt sibi planè mortem op-
 petiturus videretur, sibiq; persuasum ha-
 bere Oecolampadium & alios quosdam *Oecolam*
 eiusmodi ignitis Satanæ telis & lanceis in *padi quo*
 subitam mortem impulsos esse, seseq; tan- *modo à*
 dem dæmonis rationibus superatum, eos *diabolo*
 que pro inuictis acceptasse. Fuerunt verò *enecatus.*
 quinq; potissimæ rationes, quibus se con-
 uictum fuisse à Diabolo scribit. Qui hac
 de re dubitat, legat totam istius altercatio-
 nis seriem apud ipsum Lutherum lib. de
 missa angulari & consecratione Sacerdo-
 tum, quæ extat tomo 6. germanico Ienensi
 fol. 28. & tom. 7. VVittenbergensi fol.
 443. His adde, quod in epistola ad Ele-
 ctorem Saxonix tom. 5. Ienensi german.
 fol. 485. scribit, Diabolum interdum per
 ipsius cerebrum meare, vt nec scribere
 possit nec legere. tom. verò 2. fol. 77. in
 libello de tumultu, quem Carolstadius ex-

*Diabolus
docet Lu-
therum
mores.*

*Idem in-
ambulat
cum illo.*

*Lutherus
mauit à
Diabolo
quam à
Cæsare
interimi.*

citauit VVittenbergæ. Crede mihi, inquit, bene, imo valde bene Diabolum noui. Hinc Diabolus docet illum mores, vt loquitur in colloquiis mensalibus germanicis fol. 274. Quando, inquit, cum hominibus sum, non nocet mihi diabolus, cum verò me solum deprehendit, tum docet me mores. & fol. 275. asserit quod nonnunquam diabolus cum illo in dormitorio inambulet, additq; se habere, vnum atque alterum mirabilem Diabolum, à quibus diligenter & admodum intentè obseruetur, existimatq; eos non vulgares, sed magnos dæmones, imò doctores Theologiæ inter Diabolos esse. Ab his ergò, vt asseruit, conuictus Satanae discipulus ad Satanae Synagogam se conferat, & egregiè vt dignus est vapulet, qui & mauit interimi à Diabolo, quàm à Cæsare, vt lib. eodem fol. 259. Malo, inquit, per Diabolum quam per Cæsarem interire, sic enim per magnum dominum interirem. Hæcine Doctoris sunt Euangelici, ane potius Dæmoniaci, cum dæmone comedere, inambulare, ab eodem peti occidi? Vis grauius, vt planè vnum corpus cum Diabolo videatur, vt vxor viri, & vir vxoris vicissim corpus? Dato (quod sine sacrilegio dari & con-

& concedi non potest) eius Catharinam
 fuisse veram eius coniugem, demonem ta-
 men illi familiariorem Catharina sua fuis-
 se ipsemet asserit ibidem, fol. 281. cum, in-
 quit, Diabolus frequentius & propius mi-
 hi condormit quàm mea Catharina. Abi
 ergò in malam crucem cum thori tui com-
 plice satana. Hoc spiritu ducti, Iconoclaste
 multi, ex ædibus sacris raptis & exustis san-
 ctorum imaginibus, nullum bellum, vt
 charissimis fratribus, indixere aut dæmo-
 num aut latronum statuis. Huius rei me-
 minit doctissimus ille & piëtissimus Guil-
 helmus Lindanus libro de fugiendis idolis
 cap. 15. Ruremundensis Episcopus. In An-
 glia enim dum Hispanus quidã templum
 illud augustissimum D. Pauli Londinense
 spectaret: huc illucq; oculos conuertens,
 nullam animaduertit imaginem. Vt
 verò progressus, dum penitus introspicere-
 ret, vnicam reperit integram, quæ laudatif-
 simo maiorũ nostrorũ more pedib; S. Mi-
 chaelis Archangeli sub sterni solet, idq; in
 memoriã victoriæ de illo cœlis exturbato
 partæ. Rei indignitate p̄motus, stricto gla-
 dio contra imaginẽ decernit, eamq; vulne-
 ribus conficiens. Apagefis & tu istinc, in-
 quit, tibi enim cum cæteris est migrãdum.

*Idem se-
 pius & p-
 pius dor-
 mit cum
 diabolo. q
 cum sua
 Catharia
 na.*

*Heretici
 eiectis sa-
 cris ima-
 ginibus
 relinquũ
 demonis
 imaginẽ.*

*Relin-
quunt la-
tronis ma-
li imagi-
nem.*

*Diaboli
cum folle
imago res
linquitur*

Idem author fatetur se ipsum Antuerpiæ obseruasse aliud simile. Cùm in omnes sacras imagines arma corripuissent, confractis & dissipatis Christi Domini & sanctorum angelorũ imaginib⁹, qui ad dextrum pio latroni fociari solent; eam reliquerunt quæ sinistri latronis animam sceleratam exhalantis referebat, & Satanæ illi adhærenti pepercit. Qua enim profectò audacia magistro suo, suisq; fratribus necem intentarent? Idem D. Lindanus cùm anno 1572. ad suam diœcesin rediret Ruremundensem, omnes imagines abiectas & dissectas vidit, solam imagunculam, quæ diaboli follem gestantis specie solet D. Genouefæ Virgini adiungi, reliquam animaduertit.


Quam abreptam in terram illisit, cum his verbis, Tu hinc migra diabole, qui stare non potes ibi, vnde venerandas Domini tui Christi & sanctorum eius imagines, tuos per satellites exturbasti. Sed nunc ad locum D. Pauli latius examinandum progrediamur: Vbi silentio minimè prætereundum est, quod asserit D. Paulus loco superius citato 1. Timoth. 4. 1. spiritum non in occulto, sed manifestè loqui de nostris temporibus nouissimis, vt nemini il-
lorum

lorum fallacia incognita esse possit. Pari ratione obseruandum, quod dicit, discedent quidam à fide: fidem verò esse substantiam rerum omnium, teste D. Paulo Heb. II. I. à nobis sperandarum, nemo est qui dubitet. Sed non eo sensu, vt omnia quæ sunt in spe, vt mortuorù resurrectio, vita æterna, & similia, in genere, aut prædicamêto, vt loquûtur philosophi, substantiæ sūt, vt nonnulli voluerunt hæretici: sed, vt D. Chrysostomus homilia 21. in I. ad Timotheum loquitur, quòd fides, quæ basis est, & fundamentum Christianæ religionis illis tribuat substantiam. Exemplo fit resurrectio mortuorum, quæ quidem nondum facta est, ac proinde necdum est in substantia: nihilominus spes nostra quæ fide concipimus, facit eam subsistere, vt idem D. Chrysostomus loquitur, in anima nostra. Vt ergò fides harum rerum omnium est substantia, siue columna: fit vt qui fide subnixi sunt, firmissimè consistant, & in tuto nauigent. Viceuersa fit, vt qui à fide exciderunt, nusq̃ tutò possint consistere, sed longo errore circumacti, tandem in ipsa perditionis prærupta ferantur, & naufragium ex inopinato patiantur: vt verum sit id, quod Sapiens de apostatis

*Fides quo
modo sit
substantia.*

*Apostatarū de-
scriptio.*

nostris loquitur Prouer. 6. 12. *Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat, huic ex templo veniet perditio sua & subito conteretur, nec habebit ultra medicinam.* Examina hæc christiane lector, & ad nostra ab apostatis exulcerata tempora accommodatissima iudicabis.



CAPVT IIII.

QVA FIDE ET CON-
scientia pseudoprophetae
doceant?

*Qua fide
doceant
pseu-
doprophetae.*

*Quid Hy-
pocrisis.*

QVA fide & conscientia doceant, vno verbo complectitur D. Paulus. Cum enim I. Timoth. 4. 1. ostendisset eos docere doctrinam Dæmoniorum, subiunxit statim. *In hypocrisis loquentium mendacium, caeteratam habentium suam conscientiam.* Fide scilicet hypocritita. In hypocrisis, inquit D. Bernardus ser. 66. super Cantica, hoc est, vulpina calliditate. Est enim callida simulatio quoddam mendacij genus, quo aliud factum, seu habitu externo indicatur: & aliud, seu potius contrarium, in
abditis